Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36553
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

non nasceretur litigium (acauendus tamen nobis erat ad edificationem sermo non pertinens. scientes quia de otioso sermone ratio dño est reddenda; Nam risum supra modum quis nesciat indisciplinati onis et leuitatis esse ianuam. perquam perniciosos cibos miseri animi diabolus subtiliter sub ministrat. Vt alius longanimis se ñ p̃ misceat alii

Si unus prouocatus abaltero contrauertitur respondens ad contentionem causam perduxerit. nullus se in eorum contentione idest in aliena causa permisceat. ne inter frs quasi diuersarũ partium studia litigium nutriantur. nisi forte his senior qui inter eos discordiam mitigando pacis uerba cum moderatione et disciplina et sincera fide interseratur; Vt nullus causis carnalis se iserat

Nullus presumat inqualibuscumque causis alienis siue parentum carnalium uel qualibuscumque mundanis actionibus se miscere preter iussionem prioris. quem plerumque pauperum et oppressorũ lacrimi permouent. ut apud iudices aut apud quos necessarium fuerit precator accedat. nec amplius quam iubetur. uel in sermone audeat directus presumere; Scriptum est ut nullus militans dõ implicet se negotiis secularibus. ut illi placeat cui se probauit. Et si nostra hoc est monasterii negotia qui nobis ualde onerosa sunt fugere cupimus et uitare. quanto magis alienа et que extra monasterii utilitatem sunt abhorrere debemus et fugere. Vt et rusticos p̃ uos excessus nullus huma

Nullus nrm contra rusticorum rabiem et prauos mauitate se audeat excessus quos plerumque contra nos diabolo armante exercent propria se audeat uirtute aut brachio humano repugnante defendere. cum noster defensor solus dñs sit. et patrocinium beatorum apostolorum atq; omnium sõrum dñi; Q d ce patrũ regule legant assidue

Regulę quoque patrum ideo nobis assidue leguntur. ut eorum sãs adhortationibus interiorem accommodantes auditum et disciplinę concipiamus amorem dulcissimum. et dño p̃ oma adiuuante uitę ipsorum exempla; propter quod festinandum nobis est ut a nostris mentibus repor excludatur inolitus; Nam et hęc quę uobis p̃sin gula presenti loquimur scriptura. non in sugellationem sõrum et beatissimorum patrum regulis ausu temerario ad uos proferenda

uindicare